



*Alfred Ha vini Socii Les Catalogus inser  
1782*

LANCINI CVRTII  
EPIGRAMMATON  
LIBRI DECEM



FRANCISCVS Dei Gratia Rex Francorum/Dux  
Mediolani &c. Vniuersis & singulis presentes inspecturis sa-  
lutem. Quum nuperrime dilectus noster Gaspar de la Ec-  
clesia nobilis Mediolanensis/cupiens litterarum studiis sa-  
tisfacere/operam nauauerit/quo opera quondam dilecti no-  
stri Lancini Curtij Mediolanensis insignis Poeta/eius auun-  
culi/in lucem edantur/exactissimamq; adhibuerit diligentiam/  
nulliq; labori & impensa pepercerit ut castigatissime cudan-  
tur/& ea elegatia & uenustate qua auctor ipse cōscripta re-  
liquit: Ideo æquum censentes q; is ex labore studioso/fruga-  
liq; opera nullum assequatur detrimentū: Per presentes no-  
stras decernimus/& sancimus/q; nullus bibliopola/callogra-  
phus ue/aut alius quispiam/cuiuscunq; sit conditionis/in no-  
stro citra montes dominio intra decennium audeat prædicta  
opera imprimere/nec imprimi facere/pressaq; alibi in ipsum  
ducale dominium deferre/ uendere/ nec uendari facere/  
pœnam scutorum ducentum pro quolibet uolumine reper-  
to illico incursurus: pro medietate cameræ nostræ/& pro alte-  
ra ipsi Gaspari applicandorum/necnō pœnam amissionis re-  
pertorum uoluminum/eidem presenti decreto ex nūc prout  
ex tunc concessorum: ceteris ut indices lucubrantibus uotū  
animusq; augeatur:& omni eorum nixu/nostraq; liberali cō-  
cessione respublica litteraria locupletior reddatur.  
Data Mediolani nono Aprilis. M. D. XXI.  
& Regni nostri septimo.

Per Regem Ducem Mediolani.  
ad Relationem Consilij.

Signata IULIVS.

Atergo GUIDO.

Cautum est insuper Breui Apostolico/ne quis ab hinc de-  
cennium/ sub pœna Excōmunicationis latae sententiæ/ac Bra-  
chij secularis auxilio/prefens opus queat excudere/nec excu-  
di facere.

**Lancini Curtij morientis.**

**Præfari liceat morituro. Quum in non perfectis & inemendatis plura etiam bona quàm mala reperiri contingat non prohibuit deficiens Curtius amicis rogantibus quin sua quæ præparabat publicarentur. Lector boni consule / ouidiãnum illud subiiciens. Emendaturus si licuisset erat.**

**Gaspar de Ecclesia poeticæ amatoribus.**

**Ecce uobis post decem Syluarũ libellos Lancini Curtij mea cura & impensa diuulgatos / eiusdem totidem quoque Epigramaton de meo etiam impressos. Horum est acumen / salesque & facetiæ. Distinixerit autem opus hoc auunculus meus suis coloribus. Hominiis est iudicare in poetica pictura non lippientis.**

**a z**

Illum uoce ferant si arcade rudere.  
 Si es tam dura breui in tartara trudere.  
 Deuotum potes: ah parcito disui  
 Quod cōiūxit Amor: reddita uisui  
 Sit lux: & liceat quæ uolo ludere.  
 Postquā præsidium Blanca uocauero  
 Frustra: fas fuerit dicere quo rea/  
 Quo me dissimulas alterā amauero.  
 Aeuu uer fugit & sunt bona florea  
 Formæ: cōsule: eūt: forte probauero.  
 Aeterna ut maneant nobili adorea.

→ Ad Io. Franciscum Carpanum Mediolanen̄.

Cur toties (absiste) graues Francisce querelas  
 Con fingis: captum me meretrice puta.  
 An scelus est: æquo tecum si iudice certem  
 Conuincam scelus hic non habuisse notam.  
 Quicquid agas quis sit finis: qui terminus hæret:  
 Respice: quis Veneris finis: amante frui.  
 Hoc meretrix primum gaudet dare: teq; rogabit  
 Et coget: cum quis non uolet: illa uolet.  
 Adde q; hæc etiam paruo mihi tota paratur  
 Atq; id mille modis officiosa dabit.  
 At tu nescio quas facie: ingenioq; modisq;  
 Vis sequar illustres unde repulsus eam.  
 Nobilium cultus: moresq; effingere oportet  
 Quod superest: thalamis: ara minuta parant.

De Garbacino.

Debet Garbatius fatetur istud  
 Nec si forte uelit: potest negare:  
 Nummos ne numeret timet: caueteq;  
 Cunctatur: dubitat: strophæ reperta  
 Coepit dissidium mihi minari:  
 Non est dissidium: quid ergo: lucrum.

Ad Paulum Faustinum.

Quæ satus Iapeto q; auorum nomina iactes  
 Rideo: cum nobis terra sit alma parens.

## EPIGRAMMATON

Mitto:q; salibus liber iocetur  
 Argutus placida breuiq; charta  
 Ignoscas:uítium leue & pusillum est.  
 Non illi locus inter arrogantes:  
 Et non modo contumax seuerus  
 Intra limina pectoris sacratí  
 Admittas tímídum precor libellum  
 Fuluo carior ut sit umbilico  
 Tectus ueste noua:nouo cucullo  
 Vulgí iudítiumq; sibilosq;  
 Nec turbam tímēt ociosíorem  
 Vícturum scío quis neget libellum  
 Q uem líma/& studíum/labor ue/sacra  
 Sacrí curaq; Barbarí momordít.

→ Ad Io. Franciscum Carpanum.

In simulare iuuat ueterem Francisce sodalem  
 Crimínis:innotuit non tibi uita prior.  
 Corripis & toruo tollis cum lumine uultus  
 Nuda meo quoties carmine uerba sonant.  
 Lasciuæ nunquid studiosa licentia linguæ  
 Respondere potest moribus ingenuis?  
 Triste supercilium frontis uel ruga seueræ  
 Da ueniam nostris pulsa iacent foribus.  
 Simpliciús quídcunq; libet scripsisse latine  
 Norma erit:& prisca garrulitate fruí.  
 Ille pauet quói criminibus præcordia sudant  
 Conscia mens recti:quid timeat nihil est.

Ad Io. Petrum Medicem.

Parthenopen dum Petre cupis:montesq; Triquetra  
 Noscere:me tetricæ uix tenuere deæ.  
 Quæ mala lanificæ uoluerunt pensa sorores  
 Despitio:inuictum me fera fata trahunt.  
 Et tuus in nostro confixus pectore sedit  
 Vultus & ante oculos errat imago tua.  
 Q; pia si uotis deduci numina possunt  
 Et melior placidos iam mouet aura deos:

## EPIGRAMMATON

Mons hæmus/rhodope mons est/dum numina fingunt

Et cínara genitas templum habet in gradibus/

Induit æque orbam Nioben petra flebilis/æquor

Naiadas/& scirona/atq; lichan scopulos

Telchínaſq; tenet/saxo propetides hærent/

Et noua lethæo gurgíte/saxa rigent/

Ambraſius riget ambracia/scylla orbe Triquetrae/

Duratam ſalamis monſtrat anaxaraten/

Hos ſcelus/ira deum/stupor/aut inſania uertit/

Q uo fato Saxum Pamphilon eſſe feram/

Coralium/uulpemq; canem lapideſcere & angues

Atq; lupū priſcū eſt/qui & ciconū haurit aquas/

Eſt aliud:cauſam teneo/omni Pamphilus arte

Edoctus/dum uult condita quæq; ſequi

Pallados emota penetrare in corda Meduſa

Aggreſſus/saxum quod fouet/ægide habet/

Deucalionæo iactu reparabitur an uir?

Q ui ſaxum/ore/animo/uincit & arte homines/

Fatali gleba populis nouus augur etruſcis/

Nafcaturq; tages/hic puto maior erit.

Ad Franciſcum Gambaranam.

Q uem nec feſellit murmure ab æmonio

Ars/nec pudendus poſtmodo canitiæ

Error coegit/Gambaranam lytiæ

Sacrum coronæ carmine mæonio

Saluum iubemus uiuere/dæmonio

Fretum benigno/pectora ſegnitiæ

Cui non tepelcunt/ſed mala pernitie

Delet malorum numine pæonio.

Triuulci amicum numen ut immemori

De mente eat dum bacchica myſteria

Mecū celebres annua ut Archemori/

Dimitte in horas docta magiſteria

Iuſſus tenetem corde minus memori

Aegrotū habere & poſt ſine clyſteria.

Ad Laurécium Calendinum Mutinenſem.